

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 68.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysiun- Meum. Die Martis. 25 Sept. 1810. (Neov. 11. Sept. 1810.)

Anglus Ulyseæ fugiens, Reginae Portugal-
liae scribet;

Per sidera juro,

Inventus Regina, tuo de littore cessi.

Virg. L. VI. v. 460.

Colloquentes Umbrae:

Jacob. Burnet. Joannes Fervin.

Burnet. Scaldica in expeditione occubuisti?
id ipsum sepulcro inscriptum tuo. —

Ferv. His quidem verbis: „In sinistra
Expeditione Scaldica, sub auspiciis C. a Chatam.”

Burn. Epitaphii hujus sensus est: infe-
licis negotii exitus auctorem declarari memo-
ratum Comitem, & id seris dici nepotibus.

Ferv. Similem rerum in Portugallia præ-
metuo eventum.

Burn. Plane id prævideo — verum non
solum conservanda Portugallia gratia pugna-
mus, sed conservandi commercii; hic Rho-
dus, hic salta — hic vectis, in quo solum &
usque trahendum nobis, quo demum faven-
tiores pacis prospectus. . . .

Jerv. Aitne inventiores? — perspicio nimis quam luculente: Gallicanum regimen Consilium missum fecisse, medio Tractationum pacem ab Anglia impetrandi, qualem commercialis & oeconomici Systematis eorum ratio deprecaret — cunctaque, quæ sibi præsertunt, media adhibiturum, eam vi armorum extorquendi; etenim politicum Gallicæ systema a pace cum Anglia plene independentens redditum est.

Barn. Idem de Anglia dici potest.

Jerv. Absit Burnete! id credes, aliter res habet — ex pluribus annis in Commercio, Angliæ speciem floris increscentis presentente, quædam crisis irrepsit, plane illi æquais quæ aliorum Statuum commercii profundissimum occasum indicare solebat. Frequentes domus fortunis lapsæ, & tales quæ in negotiis potissimam partem habent, pretiorum decrementum quorumvis mercium Articulorum, qui ad hoc tempus maxime distrahebantur, reciproci defectus Creditum cum omnibus, quæ eos consequi solent. Consulariis, hæc omnia ex uno & ultra mense premunt & affligunt Mercatorum Londinensium Curiam, exeruntque effectus ad ipsas vicissim provincias.

Barn. Sed unde, quæso, hæc anxietates?

Jerv. Causæ hujusce Crisis non adeo tenoris obscuræ sunt, ut quodammodo indicari, inque lucem collocari nequeant; sunt eæ solummodo in nimia accumulatione productorum extra europæorum ex propriis, ex-

terisque Colonis quærendæ, quæ in nulla proportionem cum eorum defluxu potissimum clanculario duntaxat Commercio in effectum deducibili consistebat. Disproportio hæc secundum naturalem rerum ordinem jam dudum perniciosum in pretia effectum exerere debuissent, nisi magnæ Angliæ ni Commercialis status pecuniarum opes huic media suppeditasset, de anno in annum numerosis Classibus inventa producta depositis inferendi, eaque continuo inrescensibus anticipatis summis in imaginario pretio conservandi, quod illud ipsum excessit, quod parvis temporibus ant minus difficili reddito accessu ad portum Continentis pro illis constitui potuit. — Obsidiones Interdictaque in cæteris malis, & hoc protulere: quod Commercio desierit rationes suas arithmeticas reali necessitati regnorum superstruere, erat id potius ipsius vigente opinione de Epochâ, quæ harum necessitatum locus esse potest, mirum; hæc factum est: quod Londinensis Mercatorum Curia partium studio alieno pridem spectaculum præbuerit commercii reciproci de manu ad manum in ipso foro quæstus, continuo illa spe radicati: futurum paullopost, ut aliquis oclusus eo usque portus aperiat.

Burn. Hoc quidem nequaquam evenit.

Jerv. His accessit: quod quanto arduior aditus Anglicarum penum in Contiente redditus, tanto magis in Angliâ medio adventum ex occupatis Gallicis Colonis, atque per apertos Hispanicos & Portugallicos in

America australi portus eæ accumulabantur, Nihil comparari potest cum voluptate & entusiasmo, quo ex hoc eventu Anglicani perfusi mercatores.

Burn. Id ipsum animadverti ad hoc usque tempus, existimarunt: nunquam obstruendam *aperturam* pro productis domesticæ Manufacturalis industriæ, quibus usitatæ in Continente nundinæ oculuæ erant, se deprehendere.

Jerv. Duplici ratione in calculo aberrarunt; primo: consumptio textorum & materialium in regionibus calidis non tam multifaria, quam in Europæis est; secundo: permutatione immanium expeditionum suarum ad eas regiones, continuo Colonialia solum producta receperunt; quæ per id in territorio metropolitano magis tantum accumulabantur. Occupatio hostilium Colonialium, a Colonistis Anglicanis & eorum vices gerentibus Londinensibus Mercatoribus semper proprio infortunio reputabatur.

Burn. Ut hoc?

Jerv. Lubet unum duntaxat articulum in medium adducere, utpote Sacharum. Super finem Anni 1804 in depositoriis Indiarum occid. continebantur 60,000 Hoghead (unum 1176 libras Hamburg. adpendet) Sachari — sub exitum 1805 ultra 69000, fine 1806 ultra 82000 Hoghead. Inventio Sachari Londinum Anno 1804 effectit 164000 Hoghead, cum fine anni residua penus 39000 Hoghead. — Anno 1805 inventio effectit 195000,

America australi portus eæ accumulabantur, Nihil comparari potest cum voluptate & entusiasmo, quo ex hoc eventu Anglicani perfusi mercatores.

Burn. Id ipsum animadverti ad hoc usque tempus, existimarunt: nunquam obstruendam *aperturam* pro productis domesticæ Manufacturalis industriæ, quibus usitatæ in Continente nundinæ oculuæ erant, seprehendere.

Jerv. Duplici ratione in calculo aberrarunt; primo: consumptio textorum materialium in regionibus calidis non tam multifaria, quam in Europæis est; secundo: permutatione immanium expeditionum suarum ad eas regiones, continuo Colonialia solum producta receperunt; quæ per id in territorio metropolitano magis tantum accumulabantur. Occupatio hostilium Colonialium, a Colonistis Anglicanis & eorum vices gerentibus Londinensibus Mercatoribus semper proprio infortunio reputabatur.

Burn. Ut hoc?

Jerv. Labet unum duntaxat articulum in medium adducere, utpote Sacharum. Sub finem Anni 1804 in depositoriis Indiarum occid. continebantur 60,000 Hoghead (unum 1176 libras Hamburg. adpendet) Sachari — sub exitum 1805 ultra 69000, fine 1806 ultra 82000 Hoghead. Inventio Sachari Londinum Anno 1804 effectit 164000 Hoghead, cum fine anni residua penus 39000 Hoghead. — Anno 1805 inventio effectit 195000,

remansere cum sine 32000 Hogh. Anno 1806 ex investitione 187000, 85000 Hogh. supererant, ita residuum sequentibus annis in infinitum augetur & accumulatum est; præterea venia data saccharum in destillatione potuum spirituosorum adhibendi. At occupatæ Ins. *Grenada, S. Vincentius, Dominica, S. Crux, Trinitas, Hollandica australis America*, eam copiam largiuntur, quæ utiliter distrahi nequit, ac proin Cultivatorem anxium reddit, eam cum emolumento cultivandi. Ingrata hæc conditio *Westindia Distresses* (ærumnæ *Vstindicæ*) nuncupari solent. Hic unus duntaxat articulus est, qui Angloannum commercium cultivatoremque ad angustias collocat. Quantæ aliorum articulorum, puta: *Coffeæ, Indici, aromatum &c.* accumulationes! — ut *Burn.* Hac ratione occupationes bellicæ Angliæ in aliis orbis partibus ceu gravem massam considerare licet, cujus ponderi succubitura est.

Ferv. Hodiernum commercii nostri Anglicani statum *crisim* adpellabam; hoc ego termino indicare volo, id genus Criticæ tempora per posse facile alia adhuc acerbiora consequi; quod si ad certum etiam tempus protraherentur, ea nilominus veritas elucebit, videlicet: Anglicanum commercium amplius extensumque quidem adhuc adparebit, nequaquam tamen eo *nimbo* corruscans est, quo belli patroni novissimis temporibus obcecati erant, aut saltim alios perstringere volebant.

Sed age, novissima ex Anglia defectum pecuniarium indicantia nuncia expendamus:

Londino 25. Aug. Novissimus convulsivus motus, quo Commercialis mundus affectus est, occasionem præbuit projecto, novæ Capitalis Curæ sub titulo: *Commerciū — mutui — Et Internavicularum societatis erigendæ*, cujus fundus in 5 millionibus Libr. Sterling. consistit. In 3 ramos dividenda dicitur; 1) *in rānum depositōrum*, ad mutuum dandum pro bonis immobilibus, ex quorum redditibus lucrum per Censum, & Censum centum recipiendam. 2) *in rānum Censuum*; in quo quivis minores summas reponere potest, in quarum vicem Sygraphas censum ferentes a societate percipit. — 3) *in rānum Crediti*, in quo Actionarii ad 183 dies, ad 9 & 12 menses a dato pro $\frac{3}{4}$ capitalis suæ summe percipere possunt, at se obligandos habent, eandem summam triduo ante elapsum ejus terminum rursus procuraturos se; hac ratione Capitale ad motum pbntur. Planum multas & diversas minutias complectitur, sermo fert: 3 summe conspicuos in vetere urbe ejus esse promotores.

BIOGRAPHIA.

Jacobus Burnet Eruditus Anglus Magnas (Lord) philologico potissimum in litterarum genere celebritatem nominis adeptus est. Originem duxit ex pervetusta Scotica progenie, in Kincardina provincia, educationem nactus in Universitate quædam Scotiæ eo ipso tempore, quo communi Eathusiasmus

pro Classica litteratura Græcorum & Romanorum viguit. Sed singulari ratione se dedicavit Jurisprudentiæ, in qua adeo excelluit, ut Cæsarem primum patronus, tum Anno 1767 Jura in supremo Civilium Causarum Tribunali Scotiæ (Scottish Court of Session) crearetur, quod ille munus admodum conscientiosè & communi cum approbatione administravit. In hanc vitæ suæ periodum incidit elaboratio operis sui eripiendæ ab interitu sapientiæ & oratoriæ veterum destinati — cui titulus: *On the origin and progress of language*, quod 1775—87 in 4 Tomis in publicam lucem prodit, & ab Erud. E. A. Schmidt germanico idiomate donatum est, opus hoc partim mirationem, partim vero admirationem elicit, ob singulares, qui in eo occurrunt, mentis conceptus. — Obiit supremum Anno 1799 ætatis 85.

Contin. Organisat. M. Duc. Francof. vid.

Nro. 65. et 67-

Intuitu memoratorum objeutorum editis fini conformis Jussa ad Præfectos, qui respectu eorum ad eum inviati sunt.

§. 44. Status Secretarii munus complectitur ministerium ext negot. advocatiam in-perturbati Cultus, curam et pendiorum, et com meatus milit. et expeditionem M. Ducalium Decretorum.

§. 46. Quivis Minister de negotiis se concernentibus immediate ad M. Ducem refert, nova, aut reformationem continentia proponenda duntaxat habet, ut prævis a nobis Consilio Status proponi possint.

Quivis Minister peculiare habet dicasterium, cujus Individua eligit ex vae. ntibus a munere aut exteris, cautionem praesando de eorum integritate.

§. 46. Decretum hoc Organisationis complectitur *principia*, quorum uberior definitio et explicatio successive Dicasteriorum mutua tractatione cooperationeque magis magisque expolienda erit.

Interim illud plures immutabiles positiones continet. Tales sunt: quae Tractatu de 19. Febr. a. c. nituntur, quae ex generali Napoleonea legislatione elucent, utpote: membra cujuslibet Status repraesentari debere, Juris administrationem independentem et secundum Judicium conscientiam decidendam esse; executivam potest. absol. Imperanti competere. Reliqua objecta Decreti Organis. ex convitione nostri animi et sincero salutis publicae voto promanarunt, experientia nilominus (ut dictum) plene comprobanda; quod, si Deus vitam nobis dederit, scrutinio assensuique venerandi successoris nostri, confirmationeque Imp. Napoleonis a nobis opportunam fini visam Constitutionem reverenter substernendi reservamus facultatem.

§. 47. Collegia provincialia, quorum agendi sphaera cum praesente Organisationis M. Ducatus Francofurt. Systemate comparibilis non est, a Calend. Jan. 1811. pro extinctis declarantur. Eorum membra conformem organisationi adcommodationem obtinent; in casibus, quibus id fieri non posset, retinendarum constitutioni conformium pensionum certi sint. Asciburgi 16. Aug. 1810. *Carolus M. Dux,*